

manducavit et cum eis conversationem habuit ut sic iustos ad passionem induceret et peccatores ad spem. Luc. v. Non enim veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam.

De sancto Stephano Sermo. j.

Stephanus plenus gratia et fortitudine. faciebat prodigia et signa magna in populo. Actu. vi. Describit hic lucas beatum stephanum passionem. Circa quam passionem notandum quod mundus persequitur sanctos modo per prospera ut alliciat. modo per adversa ut frangat. sed nullo istorum modorum beatus stephanus potuit superari. Primo namque prospera ipsum non poterant allicere. Fuit enim archidiaconus ordinatus. fuit episcopatum administrationibus prefectus. fuit sanctis prelatus. et tamen in tanto honore servavit humilitatem. in tanta reipublice administratione servavit paupertatem. in tanta sanctorum multitudine servavit integritatem virginis. ideo dicitur fuisse plenus spiritu sancto. fide et boni testimonij. In eo quod fuit plenus spiritu sancto datur intelligi quod habuit veram humilitatem. quod sicut dicitur 1. Cor. xii. Deus superbis resistit. dat gratiam humilibus. In eo enim quod erat plenus fide. datur intelligi quod habuit paupertatem. Aug. Qui veram fidem habet de deo non cupiunt in hiis miseris divites fieri. In eo quod erat boni testimonij datur intelligi quod habuit sincerissimam castitatem. Aug. In hoc quod stephanus prelatus est sanctis testimonium habuisse dicitur sincerissime castitatis. Secundo astutie malorum ipsum non poterant decipere. Surrexerunt enim quidam de synagoga disputantes cum stephano. sed tamen ipse eos superavit. quod triplex adiutorium pro eis habuit. scilicet adiutorium seu spiritum dei. angelum dei. et sapientiam dei. et sic fuit homo divinus. homo angelicus. et homo ocularis. et ideo decipi non potuit. Tres enim sunt qui decipi non possunt. scilicet deus. angelus. et homo ocularis

Habuit quidem spiritum dei qui ei facundiam ministrabat. Unde dicitur. Non poterant resistere sapienti et spiritui qui loquebatur. Habuit angelum dei qui sibi divinas illuminationes infundebat. Adeo quidem fuit divinis irradiationibus illustratus quod similis angelo est effectus. Act. vi. Viderunt in faciem eius tanquam angeli stantis inter illos. Habuit sapientiam dei per quam tanquam homo ocularis eorum fallacias previdebat. Actu. vi. Considerate ex vobis viros plenos sapientia et ceteris. Prov. j. Frustra iacitur retis ante oculos pennatorum. Tercio adversa non poterant ipsum vincere. Dabuit enim in suo martirio quatuorque adiutoria propter que tanquam miles strenuus fortissime dimicavit. Primo habuit gratiam exempli. velut si miles ante se videret regem fortiter dimicantem. Unde vidit illum stantem a dextris dei. Glosa ibidem. Ne lapidandus homo dubitet in terra deus homo crucifixus apparet in gloria. ad Hebr. xii. Recogitate eum qui tales sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum predicationem ut non fatigaretur animus vestris deficientes. Secundo habuit gratiam spectaculi. quod notatur per hoc quod vidit celos apertos. Apertum enim fuit celum ut rex et tota curia celsus viderent militem dimicantem. Valde autem strenue miles dimicaret qui a rege et tota civitate se spectari cognosceret. j. ad Corinthios. iij. Spectaculum facti sumus deo angelis et hominibus. Tercio habuit coram se appositum magnum premium. quod notatur cum dicitur. Vidi gloriam dei. Grego. Consideratio premij minuit vim flagelli. Ecc. x. Apposui tibi ignem et aquam. Quarto habuit grande auxilium. quod notatur cum dicitur. Et ille stans a dextris. Glosa ibidem. Quia stare pugnantis vel adiuvantis est. recte illum a dextris stare vidit quem inter persecutores adiutorem habuit. Multum etenim miles

De Sancto

securus esset q̄ iuxta se pugilē fortissimū haberet. **E**rodi. decimoquarto capitulo. Dominus pugnabit p̄ vobis ⁊ vos tacebitis. ¶ Quinto habuit grande refugium. quod notat in hoc q̄ celos apertos vidit ad quod p̄ra hostes refugere potuit. Multum miles securus eēt qui iuxta se castrum fortissimum haberet. ad quod quādo cūq; vellet refugere posset. ¶ **ad Corint. v.** Scimus enim q̄ si terestris domus nostra huius habitatiōis dissoluatur q̄ edificatiōem ex deo habemus domum nō manufactam sed eternam in celis rē.

De eodem Sermo. ij.

Quāto esset stephanus plenus spiritu sancto intendens in celū vidit gloriā dei rē. ut dicit **Aug.** in libro soliloquio. Anime quidem tuius opus est. q̄ oculos habeat quib; iā plene vti possit. aspiciat ⁊ videat. **I**sta autē tria in verbis premissis de sancto stephano tanguntur. Oculos enim spirituales habuit quia ipse plenus spiritu sancto fuit. Deinde asperit. cum dicit. attendens in celum. Deinde vidit cum dicit. Ecce videro celos apertos. In hoc igitur q̄ spūs sancto plenus fuit. datur intelligi q̄ oculos spūales habuit. sicut dicit **Apocal. xij.** Agnus habebat septem oculos qui sunt septem spiritus dei missi in omnē terram. Habuit igitur oculos agni. quia fuit plenus spiritu agni. ¶ Sed notandum q̄ est quadruplex plenitudo. Prima est effluentie que fuit in christo. **Jo. i.** De plenitudine eius omnes accepimus. Secūda est excellentie que fuit in beata virgine. q̄ p̄re omnib; sanctis excellentius gratiam accepit. **Luc. j.** Ave gratia plena. Tercia est abundantie. que fuit in apostolis qui gratiam in abundantia receperūt. **Act. ij.** Repleri sunt omnes rē. Quarta est sufficientie quam habent omnes fideles **Lu.**

Stephano

primo. zacharias pater eius repletus est rē. **I**sta quadruplex plenitudo ostēdi potest ad similitudinem aque. Est ei quedā plenitudo fluminis. ⁊ ista est effluentie q̄ fuit in christo. **Psal.** Flumen dei repletus est aquis. Quedam est fontis ⁊ hec est excellentie que fuit in beata virgine. que ad instar fontis semp fluit. **Cāncor. iij. ca.** Fons ortorum rē. Quedam est riuli de curzeinis. ⁊ ista est abundantie. que fuit in apostolis. Unde postq̄ p̄phetā dixit Flumen dei repletus est aquis. statim subiunxit. Riui eius inebrians rē. Quedam est vasis. ⁊ ista est sufficientie. que ē plenitudo mensurata. **Reg. iij. ca.** Pete mutuo ab omnib; vicinis tuis vasa vacua non pauca rē. **I**stam quadruplicem plenitudinē stephanus habuisse videt. sc̄ effluentie. in continua doctrine emanatiōe. excellentie in signor ⁊ prodigiorum operatione. Abundantie. in tam benigna inimicorum dilectiōe. sufficientie in operatiōe strēua. fide recta ⁊ dilectione sincera. **Actuum sexto capitulo.** Elegerunt stephanum virum. i. virilem. ecce operatio strēua. plenum fide ecce fides recta. ⁊ spiritu sancto ecce dilectio sincera. **S**ecundo necessarium est anime ut aspiceat. quod notatur cum dicit. intendens in celum. Domo libenter ad quatuor consuevit respicere. sc̄ ad thesaurū suū ad amicum suū. ad auxilium suū. ⁊ ad palacium suū. Et quia stephanus in celo ista quatuor videbat. ideo libenter in celis respiciebat. Primo nāq; ibi videbat thesaurum suū. quod notatur cum dicit. Vidit dei gloriā. **Matth. vi. capitulo.** Ubi est thesaurus tuus ibi ⁊ cor tuum. **I**ste est thesaurus d̄ quo dicitur. **j. Cor. tercio capitulo.** Si quis sup̄edificat sup̄ fundamentum hoc rē. Confitetur em̄ iste thesaurus meritorum sanctorum ex auro fulgido conscientie. ex argento sonore fame. ⁊ lapide precioso operationis bone.

Secundo ibi videbat amicum suum. qđ notatur cum dicitur. Et iherosolimam stantem a dextera dei. Iste est ille amicus de quo dicitur per prophetam. Omni tempore diligit qui amicus est dilexit enim stephanum invitam. qđ omni gratia eum implevit. in morte. qđ ad ipsum adiuvandum paratus stetit. et post mortem. qđ ipsum coronavit. Tercio videbat auxilium suum qđ notatur cum dicitur. Et filium iherosolimitanum a dextera dei. qđ dicitur. xx. Cum ignoramus quid agere debemus hoc solum habemus residui ut oculos dirigamus ad te. Glo. super illud psalmi. Firmabo super te oculos meos. Non auferam oculos meos a te. qđ tu super levas oculos tuos ad me. Quarto videbat ibi palatium suum. qđ notatur cum dicitur. Vidit celos apertos. de quo palatium dicitur prophetia. qđ dilecta tabernacula tua dominus habitaturum. Sicut enim peregrini terram suam a longe aspiciunt et quodammodo salutarum. sic et nos per istam celestem aspiciere debemus per fidem et salutare per deuotionem. Iherosolima. l. j. Recordamini precium dei et iherosolimam ascendat super corda vestra. Tercio necessarium est anime qđ videat. qđ notatur cum dicitur. Vidit celos apertos. Vidit enim aut oculo corporali. aut mentali. si corporali tunc tria mirabilia secuta sunt. Unum ex eo qđ vidit celos apertos cum secundum naturam impossibile sit celum aperiri diuidi vel secari. Secundum ex eo qđ vidit iherosolimam in gloria patris. cum secundum naturam impossibile sit qđ corpus glorificatum ab oculo mortali in sua gloria possit videri. Tercium est qđ cum corpus salutaris nostrum sit in celo empireo videntem ipsum vidit ultra aereum sicut cristallinum usque ad empireum celum. Impossibile est autem secundum naturam ut oculus corporalis in tanta distantia possit videre. Nec tamen ista incredibilia videantur. cum in scriptura similia legantur. Sol enim per spatium unius diei immobilis stetit ut habetur Josue. x. Decem lineis retrouersus fuit ut habetur Isa. xxxviii. In passione christi obscuratus fuit cum luna tunc esset in perfec-

ta distantia a sole. Si autem vidit oculo mentali qđ contra creditur tunc dicendum est qđ vidit ex eo qđ habuit oculum mentis purificatum qđ fuit plenus fide qđ hanc purificationem. Act. xv. Fide purificans corda eorum. Illud autem qđ fuit plenus sapientia. psalmi. Reuela oculos meos etc. Sanctificatum qđ fuit plenus gratia. Matth. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Irenaeus testatur. qđ fuit plenus fortitudine. Unde dicitur de aquila Job. xxxviii. Oculi eius de longe aspicient. Deificatum qđ fuit plenus spiritu sancto. alias enim videri non potuisset. nisi vitalem deificam habuisset.

De eodem Sermo. iij.

Elegerunt stephanum virum plenum fide et spiritu sancto. Act. vi. Beatus stephanus multas et magnas preces et signa faciebat in populo. Aug.? Licet stephanus ab apostolis diaconus ordinatus sit. ipsos tamen triumphali morte precessit. et qui inferior erat ordine primus factus est passione. et qui discipulus est gradu magister cepit esse martirio. ab apostolis est ordinatus sed prior est coronatus. Inter septem diaconos fuit primus Aug.? Inter diaconos stephanus notatus est primus. sic primus inter apostolos notatus est petrus. Inter martires est signifer et primicerius Aug.? Aldobrandus? diaconi meruit electionem. et leuita martiri obtinuit principatum. Inter confessores fuit precipuus. confessus est enim veram in christo humanitatem cum dixit. filium hominis. eiusdem cum patre equalitatem cum ait. stare a dextera etc. Inter regines mente et corpore fuit incorruptus. et signum est sincerissima castitas qđ et factis fuit plenus et in vultu angelico demeritus. Secunda est qđ filius angelo electus fuit et appropinquavit hoc propter angelicam puritatem qđ habuit propter angelicam caritatem qđ resplenduit. propter angelicam caritatem qđ persecutores effertuit.

De Sancto

Stephano

Tercia est quia celorum secreta penetravit. Vidit iohannes baptista celum apertum. vidit paulus dei gloriam raptus in paradysum. vidit petrus et quidam alij discipuli xpm transfiguratum. Stephanus autem et celum apertum vidit et gloriam dei perspicuit et ihesum glorificatum intuitus fuit.

Quarta est quod pro inimicis suis oravit. Oravit autem cum genuflectere cum clamore et cum allegatione dicens. put addit ecclesia. Quia nesciunt quid faciunt. Pro se autem orando nec genua flexit nec clamavit nec allegavit. Beda. Pro se stans oravit. pro inimicis genua flexit quod maior iniquitas manus supplicandi remedium flagitabat.

Quinta est quod eius passio passioni christi multum similis fuit. istud assignat Glosa dicens. Sicut xps sic iste falsis testibus accusatus. Christus extra portam patitur. Stephanus extra portam lapidatur. Christus ait tanquam filius patris. In manus tuas commendo spiritum meum. Stephanus tanquam servus dixit. Domine ihesu xpe accipe spiritum meum. Et xps ait. Pater ignosce illis hoc peccatum. Stephanus ait. Domine ne statuas illi hoc peccatum.

Sexta est quod paulum puerit ut dicit Aug. Si Stephanus non sic orasset. hodie paulum ecclesia non haberet. De istis duobus discipulis sic ait idem. In istis duobus discipulis geminum nobis monstrat salutis iudicium. ut si quis bonus est imitemur perseverantiam caritatis in Stephano. qui autem malus est sequatur exemplum perversitatis in paulo. nec bonum hominem presumptio iusticie faciat negligentem. nec malum iniquitatis pavidum faciat desperantem. sed ille bonum fortiter teneat. et iste malum celesiter deserat. Septima quod quatuor coronas habuit. id merito corda interpretatur. Habuit enim coronam roseam in qua fuit sanguine purpuratus. Apo. vii. Laverunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. Eccle. iii. Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. Habuit co-

ronam auream in qua fuit virgo incorruptus. Eccle. xlv. Corona aurea super mitram eius. sicut enim aurum est incorruptum. sic et ipsa virginitas. Sap. vii. Quod pulchra est casta generatio cum claritate. et subditur Immortalis est ei memoria illius. Habuit coronam stellatam in qua fuit predicator lucidus. Danie. xii. ca. Qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle fulgebunt in perpetuas eternitates. Habuit coronam gemmatam in qua fuit vir perfectus. Psal. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Lapis preciosus habet claritatem virtutis ositatem et soliditatem. Et significat visionem dei. que sanctos facit claros in aspectu dei visione. virtuosos in virtuosa dilectione. solidos atque securos in virtutibus.

Octava quia multa miracula fecit. quorum quedam attestantur sue potentie. ostendit enim se habere posse super creaturas superiores quia celum suis meritis aperuit. Super creaturas inferiores sicut super quatuor elementa. nam in sui inuentione et translatione terra contremuit. aer pluviam destinavit. tempestatem maris cedavit. Ignem quem demones excitauerant in eos retorsit. quedam sue misericordie attestant. quosdam enim sanavit in corpore. nam sicut dicit Augustinus in libro de civitate dei. septem mortuos suscitavit fratrem et sororem a concussione membrorum sanavit. septuaginta infirmos a diversis infirmitatibus in sui inuentione liberavit. quosdam sanavit in anima. sicut paulum qui patiebatur duplicem infirmitatem in anima. scilicet culpe et ignorantie. sicut ipse ostendit. j. Thimo. j. Qui prius fui blasphemus et Augustinus. quo processit Stephanus lapidibus trucidatus illuc paulus securus est. orationibus stephani ad iutus. Quosdam sanavit simul in corpore et in anima. sicut refert Aug. in libro de civitate dei. de martiali infirmo et infideli.

Quedam ostendit quante sit reuerentie.
 Nam corpus eius in reuerentia habuit de
 us qui in loco despecto ipsum manere no
 luit sed in monte syon ad locum honora
 bilem ipsum transferri voluit. *Sapi. xij.*
 Cum multa reuerentia disponis nos. Ha
 buerunt angeli quorum voces in aere sunt
 audite. O felix roma que corpus stepha
 ni iherosolimitani et laurentij hispani glo
 riosa pignora vno claudis mauoleo. Ha
 buerunt apostoli qui ipsum secuti. Rome
 morari voluerunt. Unde demon per filiam
 theodosij clamabat. Non eribo nisi stepha
 nus romam veniat. quod sic est voluntas apo
 stolorum. Habuerunt et mortui. quod corpus
 laurentij sibi cessit et medietate sepulcri
 vacuam dereliquit.

De eodem Sermo. iij.

Ruben primogenitus meus prin
 cipium doloris mei. prior in domo
 maior in imperio. *Gene. xlii.* In
 ter ceteros sanctos beatus stephanus. v
 priuelegia habuit que in verbis premissis
 notant. Primum est. quod filium dei a dex
 tris patris vidit. quod notatur cum dicitur
 Ruben qui interpretatur videns filium.
 Sunt autem quatuor que requirunt ad vide
 dum. Unum ex preuidentis. sicut dicit *An
 sel.* scilicet ut oculos sanos habeat. Secundum
 ex parte medij differentis. ut scilicet lux cla
 ra resulgeat. Quartum est ex parte rei vi
 dende ne nimis remota existat. Tercium
 ex parte medij non impediens ut scilicet
 nullum obstaculum se interponat. Ista
 quatuor beatus stephanus habuit. et ideo
 merito filium dei vidit. scilicet oculum purum.
 purum deum. splendorem diuinum et nullum
 obstaculum. et propter ista quatuor dicitur fu
 isse plenus gratia. spiritu sancto. sapia et fide.
 Habuit enim oculum mundum. quod plenus
 fuit gratia et veritate que habet mundare. iux
 ta illud *Ezech. xxxviij.* Effundam super vos
 aquam mundam et mundabimini ab omni
 munda inquinamento vestris. Habuit deum

purum. quod fuit plenus spiritu sancto. Spiritus enim
 sanctus est deus et ideo qui habet spiritum sanctum habet
 deum. Habuit splendorem diuinum. quod plenus
 fuit sapia que est lux diuina. *Sapie. vij.*
 Proposui per lucem habere illam. Nullum habuit
 obstaculum. quod plenus fide que peccata habet
 purgare. *Prover. xv.* Per fidem et misericordiam
 purgantur peccata. Et quod ista quatuor habuit
 ideo cum apostolo dicere potuit. *ij. Cor. iij.*
 Nos autem reuelata facie gloria dei specula
 tes. *Scdm* eius priuelegium est quod in
 ter christi discipulos primus in celo natus fu
 it. ideo dicitur. Primogenitus meus. *Aug.*
 Natus est christus in terris ut stephanus na
 sceret in celis. Non obit sanctorum non mors
 sed natalis vocat. Puer enim de vtero matris
 erire cupit ut recipiat ampliorē locum ad
 manendum. vberiorē cibum ad descendendum. libe
 riorē aerem ad respirandum et maiorem lucem
 ad videndum. Sed quoque quod diu sunt in vte
 ro ecclesie habuit locum artum. quod terra exigua est
 et punctus. *Sapie. xi.* Tanquam momentum
 statere sic ante te est orbis terrarum. ideo erire
 appetunt ut locum amplius habeant. de quo
 dicit *Baruch. ij.* O israel quoniam magna est domus
 dei etc. Habuit etiam primum cibum quod sunt in con
 tinua ciuitate. ideo erire appetunt ut sint in ple
 na satietate. *ps.* Satiabor cum apparuerit
 gloria tua. Non habuit etiam libertatem aeris. id est di
 uine refrigerationis ut respirare possint. et
 ideo erire appetunt ut in dei eternitate res
 pirent. Unde cantat ecclesia. Absolve domine
 aias eorum ut inter sanctos et electos tuos resu
 scitati respiciant. Sunt autem in tenebris mul
 tiplicis ignorantie. ideo erire appetunt ut ve
 niant ad lucem claritatis eterne. *Act. xxj.*
 Claritas dei illuminabit illam. Ista qua
 tuor beatus stephanus in celo sibi reserua
 ta vidit. et ideo de vtero ecclesie erire opta
 uit. Vidit enim celum apertum tanquam locum
 amplius ad manendum. vidit iherosolim tanquam
 dulce cibum ad descendendum. vidit dei dexteram
 tanquam beatam requiem ad respirandum. vidit
 gloriam dei tanquam eternam lucem ad videndum.

De Sancto

Tercium priuilegiū est. qz principatū martyrij obrinere pmeruit. cū dicit. **P**rius dicitur doli mei. i. martyrij. cuius dolores reputo meos. Et qz primus. ideo merito honorandus. **M**axie honoramus martyres dei. scz vt fidei principes. intercessores mundi. precones regni et colles des dei. Ipse fuit princeps fidei. in qz pro fide passus est primus. **F**ulgentius. **H**eri celebrauimus temporalem sempiterni christi natalē. hodie celebramus triumphalem primi militis passionem. Fuit intercessor mundi. qz primus post xpm pro inimicis orauit. **F**ulgentius. **P**lus illoz dolebat peccata qz sua vulnera. Fuit primus prece regni. **H**omo quidem amiserat habitatōnem celi. gloriā paradisi et visionem dei. sed stephanus prece nifatus est restitutōnem factam esse et homini restitutam habitatōnem celi. visionē dei et gloriā paradisi. cū dicit. **E**cce video celos apertos. visionem dei. cū addit. **E**t filium hominis etc. et gloriā paradisi. cum dicit. gloriā dei etc. Fuit etiam primus colles christi. qz prius hereditauit regnum p tolerantiā passionum. **T**ales enim possunt deum puenire sicut dicit **A**mbrosius sup **B**eati immaculati. **V**ult deus pueniri. vt si quis bene certauerit futurum remunerationis expectet. **S**eruus sum expecto a dño ab alimentis. miles sum expecto ab ipatore supediū. **V**ocatus sum postulo ab inuitate pmissum. **Q**uartū priuilegiū ē. qz spūs sancto plen⁹ fuit. cū dicit. **P**rior in domis. scz spūs sancti. **Q**uod enim domus spūs sancti plenus fuit pz ex multis signis plenitudinis. **P**rimo qz fuit vald⁹ ponderosus. **E**st autem pondus eleuans sicut pondus pennarum et inclinans. sicut pondus corporis. **S**tephanus habuit pondus eleuans quod est pondus amoris. qz in celum eleuabat. cum dicit. **V**ideo celos apertos etc. **I**sa. xl. **A**ssumūt pennas vt aquile etc. **E**t pondus inclinans. qd ē

Stephano

pondus timoris. qd ad sui inclinatōnem et cōsiderationem inclinabat. **J**ob. xxviii. **Q**ui fecit ventis pondus. **S**cōm signū est qz stabilis et semp fixus fuit. **H**ebre. xii. **O**ptimū est gratia stabilire cor. **T**ercium est. quia de plenitudine sua effudit et plurimū redundauit. qd patet qz diffusillimū in quolibet amore habuit. **D**iffusillimū in amore dei est animā morti tradere. in amore primi p inimicis orare. in amore sui sensualitatem totaliter rationi subiugare. que omnia habuit sicut patet. **Q**uartū signum ē qz lapidibus percussus non murmurauit. nec impatiens fuit. nec verbo. qz non blasphemauit. nec facto. qz nō repulsit. nec signo. qz turbatus nō apparuit. **Q**uintum priuilegium est. qz prelacionem habuit. cum dicitur **M**aior impio. Ipse em fuit prelatus mēsis. viduis. altaribus sacris. **M**ensis apostolorum collegio viduaz. et habuit archidiaconatus officium. **I**deo habuit triplex genus vite. qd distinguit **A**ugu. in libro de ciuitate dei. s. actuosum. ociosum. et ex vtroqz cōpositum. **N**am inqz fuit prelatus mensis habuit genus vite actuosum. qd p̄sistit in labore actōnis. **I**nqz fuit prelatus altaribus sacris habuit genus vite ociosum. qd p̄sistit in ocio premeditatōis. **I**nqz fuit prelatus seminis. habuit genus vite cōpositum ex vtroqz. qd cōsistit in culmine pfectōis. **Q**ui em seminis p̄ficiat. necesse est vt p̄fectōne multiplici decorē etc.

De eodem Sermo. v.

Ierusalem iherusalem que occidis p̄phetas et lapidas eos. qui ad te missi sunt etc. **M**atth. xxi. **I**n isto euangelio ponuntur quatuor differentie lapidum. s. iudei. christus. stephanus et ipsi lapides materiales. **U**n **A**ugu. **D**um iudei ad lapides currerent duri ad duos. iactabant in ipsum pares suos. petris lapidabat qui p petra lapidabat et

moriebatur. Dicuntur autē iudei lapides
qz sicut dicit ambro. sup **Lucāz.** lapides
sunt deformes ad vsum. nudi ad ornatu
ac steriles ad fructū. irrōnabiles ad pfect
tum. Sic pctōres sunt deformes et turpes
Iuxta illud **Treno. iij.** Demigrata est su
per carbones facies eoz et. Sunt nudi.
qz non hñt ornatum virtutum. **Ezechie.**
vj. Erās nuda et pfusione plena **Apoca.**
ij. Mescis qz miser es et miserabilis et.
Sunt etiā steriles. qz nullum fructū bo
num faciunt. **Roma. vj.** Nam fructus eo
rum mors est. Sunt etiam irrōabiles ad
pfectum. qz nō crescunt sed potius decre
scunt. **i. Thimo. iij.** Vali autē boles et se
ductores pficiunt in peius **Scdo xps**
dicitur lapis p quo stephanus patiebāt
Est enī lapis qui in edificio spūali ponit
in ymo. qz est fundamentū qd edificū spi
rituale regit. **i. Cor. iij.** Fundamentū ali
ud nemo pōt ponere pter id et. In me
dio autē qz ipsum edificū crescere facit **E**
ph. ij. In quo oīs edificatio pstructa cre
scit et. In summo qz tanq lapis angu
laris xpo nos iungit. Unde sequit **Ipo**
summo angulari lapide christo ihesu. **T**
Tercio stephanus dicitur lapis. non quilibet
sed quadratus viuus et politus. Fuit enī
quadratus hñs quatuor dñtutes. s. tpan
tiam in psp̄is. qz fuit plen⁹ fide que oīa
prospera mundi facit despicere. Habuit
fortitudinē in aduersis. qz plenus forti
tudine. Habuit prudentiā in eligendis.
qz fuit plenus sapiā. Habuit iusticiā in
agendis. qz fuit plenus grā. Iusticia enī
facit hominem grōsum. qz reddit vnicuiq
ius suum. **Secundo** fuit lapis viuus. ex
quo tres ignes sunt accensi. Excuriebat
scq ignis zeli quo malos arguebat dicēs
Dura ceruice et. Ignis amoris. quo p
psecutoribz orabat. Ignis passionis qui
velut aur⁹ ipsum pbabat. **Psalm.** Igne
me examinasti et. **Tercio** fuit lapis poli
tus. nam et deus ipm poliuir qñ cum vul

tum angelicum habere fecit. et ipse se poli
uit. qz oēm tenebrofitatē a se abiecit et lu
cem virtutū induit **Ro. xij.** Abqciamus
opa tenebrar⁹ et induamur et. Iudei ipm
poluerunt. qñ lapidibz rubiginē corpis
abiecerunt **Prover. xxv.** Aufer rubiginē
de ab argento et. **Quarto** fuerunt ibi la
pides materiales. qz ibi ad quatuor fue
runt boni. **Primo** in instrumentū destru
ctiū carceris. **ps.** Educ de carcere aīam
meam et. **Scdo** in oblectamētū dulce
dimis. vnde cantat **Lapides** torrentis il
li dulces fuerunt. **Deu. xxxij.** Ut sugeret
mel de petra. **Tercio** in ornamentū dyade
matis. **Dñs** enī lapides in eū iacti fuerūt
In eius corona lapides preciosi. **ps.** Po
sui in capite eius coronā de lapide pre
cioso et. **Psalm.** Sup dorsum meū fabri
cauerunt pctōres. Sicut enī faber sup in
eudem fabricat coronā regalem. sic iudei
sup stephanū fabricauerūt sibi coronā tri
umphalem q tot bz distinctōes gemmar⁹
quot sunt ictus lapidū. **Criso.** Sicut ex
corona regali vndiqz fulgores emittunt
ita martir⁹ corone xpi vulneribz distincti
sime oī regum dyademate reddunt dele
crabiliores. **Quarto** fuerūt sibi in mate
ria pōnis. Ex illis enī lapidibz factus ē
pons quo stephanus transiuit in celum.
Olim deus posuerat adā in navi innocē
tie. qua navi fracta prepauerat hōi tabu
lam pñe. quibz dā tñ dedit pontē marti
rij et passionis p xpo assumpte. **Beatus**
autem stephanus per mare huius seculi
ad portū paradisi peruenit p nauem. qz in
nocentiā seruauit. et per tabulam qz durā
pñam non deseruit. et per pontem. qz mar
tirij passus fuit.

De sancto Iohanne euangelista.

Sermo primus.

Quartum ani
mal simile aquile. **Apoc. iij.**
Cum per quatuor animalia
d. j.